



Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE CHRISTO CAPITE|| TOTIVS ECCLESIAE,|| QVINQVE LIBRIS|| explicata.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1599]

VD16 B 1607

XV. [Soluitur argumentum Secundum].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53845](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53845)

Ad QVINTVM dico, Paulū alloqui homines illius temporis, quia nondum nati erant Scholastici, qui disputant de Trinitate. Præterea Philosophia non docet unum Deum in tribus personis. nec enim solo lumine naturali tam sublimi mysteria vñquam inuestigari, aut persuaderi potuerint. nostri Doctores non disputant philosophicè, vt ostendat Trinitatem, sed vt soluār sophismata Philosophorum. Pius ergo loquitur de Philosophia Ethnicorum, qui iacebant, qui negabant resurrectionē, & pollicebantur in beatam sine Christo.

Ad RELIQVA dico, Apostolos prædixisse hæreticos, qui fuerunt paulò post illa tempora, vt Ebionitas, Mattionistas, & ceteros, quos etiam vocant Antichristos, non quod essent eximius ille Antichristus, qui in fine mundi veniet, sed quia erant præcursorès illius, & illi similes in opere. do Christo: sicut unus est Christus summus & eximus, atque omnes Prophetæ, & Reges, dicti sunt Christi in Testamento veteri, iuxta illud: *Nolite tangere Christos mentem*. Et hoc est mysterium iniquitatis quod cœpit tempore Pauli, quia tunc cœpit hæresis Simonis Magi, & similium.

CAPVT XV.

Soluitur argumentum Secundum.

Evidenter a. Ecunda obiectio Transyluanorum lib. cap. & 3. & lib. 2. in explicatione primi capituli Eu- gelij secundum Ioannem. Tempore Apotho- rum Ebion, & Cherinthus docuerunt Christum æternum descendisse in hominem IESVM, vt Irenaeus lib. 3. cap. 19. nec est verum, quod vulgo fertur, Ebionis docuisse Christum nudum hominem esse. Igitur illud rebus Ebionitæ qui Christum faciunt compositum ex daturis.

RESPONDEO, & hanc etiam miram Diaboli arte fan- se, qua hæresis Ebionis, quam Transyluanii verè sequentes nobis attribuitur. Dico igitur veram hæresim Ebionis fuisse Filium MARIAE nudum esse hominem, sed anno XXXII. cum descendisse, & in eo habitasse aliam personam, qua-

dicebat Ebion esse Christum, & hoc modo fuisse IESVM vnitum cum Christo per coniunctionem & inhabitacionem, quod idem Transylvani docent.

Ac ut mendacium eorum arguatur, proferamus testimonia veterum, dicentium, Ebionem asseruisse, Filium MARIAE purum hominem. IGNATIVS in epist. ad Philadelphienses: Qui dicit, inquit, IESVM purum esse hominem serpens est, mens inops, cognomine Ebion. IRENAEV S lib. 3. cap. II. Secundū nullam sertentiam hereticorum Verbum caro factum est. Et lib. I. cap. 25. & 26. dicit secundum Ebionem & Cherinthum, IESVM nudum hominem natum, deinde autem descendisse in eum Christum in forma columbae, ut in eo habitaret. Et lib. 3. cap. 20. Ex eo, inquit, quod Verbum, quod semper fuit, caro factum est, excluditur contradicatio hereticorum dicentium, si tunc natus est, non erat antea. TERTULLIANVS lib. de carne Christi: Poserit, inquit, hac opinio Ebioni convenire, qui nudum hominem constituit IESVM. Et libro de præscript. hæret. Cherinthus, inquit, Christum hominem tantummodo sine diuinitate contendit. EVSEBIUS lib. 3. hist. cap. 27. dicit Ebionitarum quosdam facere Christum Filium Iosephi: quosdam solius Virginis, omnes tamen in eo convenire, ut ante MARIAM non fuerit. HIERONYMVS de viris illustribus, in Ioanne, dicit, sanctum Ioannem compalsum ab Episcopis Asiae Euangelium scribere, & æternam Christi generationem edicere propter Ebionitas, qui tunc docebant Christum purum esse hominem. AVGUSTINVS hæres. 10. Ebionei, inquit, Christum tantummodo esse hominem docent. Idem habet Ioannes CASSIANVS lib. I. de Incarnatione, & alij nonnulli.

C A P V T . XVI.

Soluitur argumentum Tertium.

TERTIA obiectio ex li. 2. cap. 6. Nomen Dei non est nomen essentiæ, sed dignitatis & imperij, ut patet, quia in Scripturis Principes & Iudices dicuntur Dij; sed Pater Christi habet imperium summum in omnes absolvè, etiam in ipsum Christū; Christus habet imperium in omnes, excepto Patre; ergo Pater